



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 20. Sancti Francisci Salisii initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

farta servaretur: porro hic idem Comes Sæcul. XVI,  
 progressu temporis sacri, ut vocabant, A.C.1592.  
 fœderis studiosissimus evaserat.

§. XX.

*Sancti Francisci Salesii initia.*

Quamvis Calvini hæresis Genevæ fir- *Marfolliem*  
 mam fixisset sedem, ibidemque *vis de S.*  
 per plures annos pro summo imperio *Franc de*  
 suam tyrannidem exercuisset, nihilo- *Sales Bail.*  
 minus providum Numen subinde Viros *vis des*  
 fuscitabat, qui eandem strenue debella- *Saints 168*  
 rent, atque ex ejusmodi sectatoribus *29. Jan.*  
 plurimos ad Ecclesiæ finem reduce-  
 rent. Ex his haud infimus erat Fran-  
 ciscus de Sales, qui Episcopus Gene-  
 vensem Diæcesin rexerat, nec imme-  
 rito hic idem annus Domini millesimus  
 quingentesimus nonagesimus secundus  
 velut epocha celebratur insignium, &  
 fertilissimarum expeditionum, in qui-  
 bus hic idem sanctus Præful in Chabel-  
 liacensi Ducatu, & Gesiona regione ad  
 veram Christi fidem innumeram pene  
 hæreticorum multitudinem reduxit.  
 Natus idem erat in arce Sales Geneven-  
 sis Diæcesis ex Patre præfati castri Dy-  
 nasta die vigesima prima Augusti Anno  
 restauratæ salutis millesimo quingente-  
 simo sexagesimo septimo, postquam  
 vero in Anneciensi Sabaudiaë Collegio  
 literis operam navaverat, dein cum  
 ad

**Sæcul. XVI.** ad sacram militiam propensum haberet  
**A C. 1592**                      animum, tonsura initiari voluit, evol-  
 utis autem aliquot annis postea Parisios contendens ibidem linguarum studio sub Genebrardo, Philosophiæ autem, & Theologiæ apud Jesuitas sub Maldonati cura incumberebat, inde vero in Sabaudiam reversus a suo Patre Patavium mittebatur, ubi celebris Pancirolæ magisterio usus jurisprudentiæ vacabat, Doctoratus laurea decoratus: porro Patavio secedens Romam venit, sanctorum Apostolorum limina salutaturus, mox autem a Patre suo in patriam revocatus Cambiensis Senatus Advocatus creabatur: verum cum animus ejus ad ecclesiastica munera propenderet, paulopost hoc vitæ genus deseruit, vestemque sacram indutus, ac Genevensis, & Anneciensis Ecclesiæ Præpositus sacris Ordinibus initiabatur.

Hic tenerrimo prorsus affectu a Claudio Graniero Episcopo suo diligebatur, qui eidem, postquam nonnisi sacrum Diaconatus Ordinem receperat, jam tum, quod olim ei in Episcopali munere successurus esset, vaticinatus est, ac tunc etiam in Univerfa sua Diæcesi Verbi divini prædicandi curam eidem commisit. Paruit Salesius, ac vix unquam ullus alius divini Verbi Præco cum successu magis prompto,  
 magis-

magisque miro hoc munus obiisse vi-  
detur. Sæcul. XVI.  
A.C 1592.

## §. XXI.

*Maxima Salesii felicitas in revocandis  
hæreticis.*

Vix Salesius Turnonii Chabelliacensis *Marf. &  
Baill. l. c.*  
Ducatus urbe Verbum divinum an-  
nuntiare cæperat, cum illico plusquam  
sexcenti apertis animi oculis errores,  
quibus antea fascinati erant, detesta-  
rentur: postea varios pagos assidue per-  
vagatus pauperes rusticos Christianæ  
doctrinæ præceptis imbuebat, atque  
illorum salutem singulari proffus studio  
procurare adlaborabat, nec vitæ peri-  
culis, quibus sæpius exponebatur, ter-  
ritus, neque exantlatis in tam ampla,  
tamque ardua expeditione, quæ in-  
tegræ Virorum Apostolicorum Socie-  
tatis vires exhaurire posset, laboribus  
frangebatur, nec insultibus absterreba-  
tur hæreticorum, qui eum tanquam  
Magum, & Veneficum traducebant, fre-  
quenterque ejus vitæ insidiaban-  
tur: nihilominus obstinatissimos quos-  
que sua manuetudine, constantia, pie-  
tatisque exemplis superabat; unde juxta  
Historicorum ejus vitam describentium  
relationem ab anno Incarnationis Do-  
minicæ millesimo quingentesimo nona-  
gesimo secundo usque ad annum Do-  
mini